

nisi, quò ad clarissimi nominis tui mentionem, citra
appellationem perveniretur. Quod superest, & Boetii
Dissertatio, procurantibus amicis, et omni, ut refertur
auctò flagitante, typis excusa prodit. Ex eo dum se
prospicere autumat, rescriptionem item tuam non
publico non dubiò datum iri, excerpit, quas et hic
videbis, duriusculi sermonis periodos, quarum si acci-
tum induci potes, ut ~~nonnotione~~ suaviori locutione
dituatur, optabit ipse, ut orbi innotescat, quantà
facilitate, eruditione, et autoritate scrupulos huius
tantum summoveas, quibus jam se libertatè ^{hunc} fatetur,
et publicè quidem, si voles, professionem recipit, nam
et Aigueberio hoc præcipue in mandatis dedit, quæ hic partes
meas sunt, bandam operam censeo, ut facta inter
vos amicitia sit, cuius meæ quasi proxeneta admi-
nistis. Eò si inclinans vir humanissime, ut equidem
auctor sum, et majorem sane in modum te obsecro.
confestim atque jussis, adversaria tua de Xeriydiis
michi asterutata transmittam: de editione
pluribus vel scripto tecum, vel coram acturus, si fieri
per alterutrius occupationes poterit, ut vel domi
tuas vel meæ brevi congregiamur. Vale quem
deus, et hæc chartulas, quibus me respondere
par est, ubi otium erit, remitte. Haga Com:
XVII. April: MDCCXXXVI.

Querio Boxhornio.

[237]
Synopsis. Vir Clarissime, de quâ dicebam, supelle-
tilis Smithiana prout condidit me olim, et auferri
mente potuit, hic habes. Dum illam contrectandi copia
non est. his umbris utere mecum, utque archetypo
respondere videantur, quæ te in dictione sordes offen-
dent, pro arugine sunt. et me ama
21. Maij 1636. Tui amantissimum
C. H.

Barlaeo

[238]
Vir doctissime et amicissime
Nummos pridem ^{tibi} debitos, quarumque non nimium rigidus
exactor es, mantarum fidei committendos mandavi,
ut qui absque periculo et levi mercede ejusmodi merces
quotidie transportent. De Epigrammatis gratum est
quam maxime